AVGVSTINI BARBOSÆ LVSITANI, I.V.D.

PROTONOTARII APOSTOLICI,
SACRÆ CARDINALIVM CONGREGATIONIS
Indicis Conſultoris, & inſignis Eccleſiæ Vimaranenſis
Theſaurarij maioris,

COLLECTANEORVM

Ex Doctoribus tum priſcis, tum neotericis, in CODICEM *Iuſtiniani*

TOMVS SECVNDVS,

LIBRVM QVARTVM ET QVINTVM
eiuſdem Codicis continens.

Cum Summariis, & ſex Indicibus, I. & II. Titulorum, III. Legum,
IV. Authenticarum, V. Legum incidenter diſcuſſarum,
VI. Rerum & verborum locupletiſſimo.



LVGDVNI,
Sumptibus Gabrielis Boiſſat, & Sociorum.

M. DC. XXXVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

AVGVSTISSIMÆ COELITVM Reginæ, integerrimæ Themidi, illibatæ ſupremi Iudicis parenti

MARIÆ,

AVGVSTINVS BARBOSA
D. D. D.

QVICVMQVE IESV flectit genu, matri quoque pronus ſupplicat. Tuus nimirum (mortalium ſimul ac immortalium Regina) filius ita ius proprium in te tranſcripſit, vt ſtatuerit quidquid à mortalibus obſequij nomine reciperet, id omne velut in tuis excerptum latifundiis, communitatis iure repeteres: neque repudiare voluit vt alienum, quod eſſet tuum, quia propriæ ſedis, & regij tribunalis ornamentum. Vindicabit igitur ipſe filius quas tibi vouemus in ſcientiam iuris lucubrationes, quando noluit alienas eſſe cenſeres quas ipſi nuncupauimus. Neque verò iuris cognitio alteri cuiquam referri debebat accepta, quàm tibi, quæ ſupremum enixa Iudicem, lucem diuinis & humanis legibus attuliſti. Cæcutiet haud dubiè quiſquis aliam Themidem conſuluerit: damnabitur quiſquis aliam patronam adoptauerit; cuius patrocinium adeò præſens ſenſit humanum genus, vt cùm iam inde à mundi primordiis per tot ſæculorum ſpatia, in eius agenda cauſa laboraſſet antiquitas; cecidiſſent Patriarchæ ſanctitatis faces; perſpicacibus ac eloquentibus Prophetis poſt crebras perorationes hæſiſſet aqua, necdum liqueret: ipſa, iam prolata capitis ſententia ſic orauerit, vt vno verbo, eóque contracto, vindicias ſecundùm ſalutem atque libertatem impetrauerit. Loquentur æternùm (Iuſtitiæ parens) clientes tui illam in mortalium cauſa dicenda Anſelm.

COLLECTANEA DOCTORVM

In librum quartum Codicis.

De rebus creditis, & iureiurando.

TIT. I.

CREDENDI verbum eſt generale, & ad omnes contractus pertinet, *l. 1. ff. eod. tit.* Itaque etiam verba *de rebus creditis*, generalia ſunt; quibus indicatur agi in præſenti de contractibus, quatenus ex eis dantur actiones creditoribus. *Iuſiurandum* eſt, diuini numinis aſſumptio ad id, quod aſſeritur, confirmandum. Ariſtoteli, [illegible]; Clementi Alexandrino, [illegible]; Ciceroni, affirmatio religioſa & ſancta. Scripſerunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVeſtembec. De materia vide Donell. *comment. iuris ciuilis lib. 14. cap. 9. cum ſeqq.* Soar. Bellacomb. Villalob. & alij *tom. 1 commun. opin. lib. 4. tit. 1. pag. 434. cum ſeqq.* Anton. Gabr. *tom. 3. etiam commun. opin. ſub hoc tit. pag. 181.*

De iureiurando ſpecialem tractatum edidit Ioan. de Selua *tom. 4. tract. Doctor. fol. 147.* & de iureiurando in litem, Phanuc. de Phanuc. *tom. 3. part. 2 fol. 358.* de iuramento, & eius priuilegiis, Anton. Curſet. *d. tom. 4. fol. 319.* & Seraphinus de Seraphin. de iuramenti virtute & viribus. Marcus Anton. Boucria *eod. tom. 4. fol. 304.* de iuramento, eiuſque vi & effectibus, Vincentius Mancinus de iuramenti abſolutione, Antonius Corneus, & Ioan. Camillus Briotta, & Antonius Gilhardus de iuramento confirmatorio, Ioan. Gutierrez. Vltra quos ex profeſſo agentes vide Gregor. Lopez *tit. 11. part. 3.* Roder. Xuar. *ad l. 4. fori lib. 2. tit. de iuramen. & in l. poſt rem iudicatam, à princip.* Maranr. *de ordine iudic. part. 6. actu 9.* Anton. Gabr. *commun. opin. lib. 2. tit. de iureiur.* Couarr. *in cap. quamuis pactum*, Gutier. *in auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſus vendit.* Ioſeph. Ludou. *lib. 3. commun. tit. de iureiur.* Perez *ad l. tit. 9. lib. 3. Ordin.* Fachine. *controuerſ. lib. 1. cap. 6. cum ſeqq. & lib. 3. cap. 6. cum ſeqq.* Alex. Trentacinq. *var. reſolut. lib. 2. tit. de iureiur.* Armin. Tepat. *var. ſentent. tom. 1. à tit. 231. vſque ad 241.* Camil. Borrel. *in ſumm. deciſ. tom. 1. tit. 60. cum duobus ſeqq.* Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo iuramentum*, Brunor. à Sole *in locis commun. eod. verb.* Ex Theologis praeter Summiſtas S. Thom. *2. 2. quæſt. 89.* & ibi Caietan. Sot. *de Iuſtit. lib. 8.* Valent. *t. 2. diſp. 5. quæſt. 7.* Sayr. *in claui Regia lib. 5.* Azor. *inſtit. moral. part. 1. lib. 11.* Leonard. Leſſ. *de Iuſtit. lib. 2. cap. 42.* Soar. *de Relig. tom. 2. tract. de iuramento*, Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 3 per tot.* Petr. de Ledeſma *in ſumm. tom. 2. tract. 12.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. tom. 2. lib. 18. de iurament. & periurio.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramento deciſam cauſam non retractari prætextu periurij, & num. 2. intellige vt num. 3.*

4 *Sententia prolata prætextu iuramenti iudicialis, ſiue neceſſarij, an poſſit retractari ex inſtrumentis de nouo repertis.*

5 *Iuramentum vbi defertur lege, conſuetudine, vel ſtatuto, an retractari poſſit per veras & proprias probationes.*

6 *Iuſiurandum aliud voluntarium, aliud iudiciale, neceſſarium aliud, &c.*

L. Cauſa. I.

Imp. ANTONINVS A. *Herculiano.*

IVramento deciſa cauſa non retractatur periurij prætextu, Colligunt ex Ordin. Bart. Cyn. Salicet. Angel. Fulgoſ. Bald. Caſtr. Siebard. Cuiac. Sebaſt. Naui. Donel. Aloyſ. Leo *fol. 2.* Petr. Gilchen *tom. 1. pag. 1.* remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Ordin. Reg. Luſitan. *lib. 3. tit. 52. §. 3.* & apud Hiſpanos *lib. 16. & 25. tit. 12. part. 3.* vbi Gregor. Lopez, *& l. 8. tit. 7. lib. 9. nouæ Recop.* vbi Azeued. Marant. *de ordine iudic. part. 6. tit. 9. num. 12.* Boër. *deciſ. 305.* Caſſan. *in conſuetud. Burgund. rubr. de retract. §. 12. num. 12. 14. 16. cum ſeq.* Tiraquel. *de retract. legit. § 4. gloſſ. 1 num. 1.* Cuiac. *lib. 18. obſeruat. 35.* Perez *l. 1. verſ. nec obſtat, tit. 4. lib. 3. Ordin. pag. 547.* Maſcard. *de probat. concl. 951. num. 17.* Menoch. *conſ. 217. num. 26.* Marant. *de ordine iudic. part. 6. actu 9. num. 23.* vbi intelligit non admitti probationem ad retractandum iuramentum ciuiliter, ſed bene admitti ad puniendum criminaliter iurantem de periurio. Soar. de Paz *in pract. tom. 3 cap. 2. §. 7. num. 10.* Sfort. Odd. *de in integr. reſtitut. part. 2. quæſt. 74. art. 2.* Anton. Hering. *de fideiuſſor. cap. 25. § 1.* Pichard. *ad §. item ſi quis poſtulante 11. Inſtit. de act. num. 115. cum ſeqq.* Donell. *commen. iuris ciuilis lib. 24. cap. 9. col. 1. alias cap. 17.* Cabed. *Luſit. deciſ. 34. à num. 24. part. 1.* Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo iuramentum*, num. 11. 2 3